



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Cap. VII. De Beneficiatis non Residentibus, Ordines debitos non  
suscipientibus, pueris & inidoneis, &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

<sup>12 Reg. 7.</sup> tiam, ornatum procient, ne area Dei non solum sub pellibus, sed etiam sub cordibus habbitare dicatur. Hic, cum universi qui se omnia de manu Dei accepisse cognoscunt, tum vero Ecclesiastici qui beneficis & opibus ab Ecclesia ornantur, suam erga Deum fidem, charitatem, reverentiam & gratitudinem ostendant.

<sup>2. 2.</sup><sup>1 Paralip.</sup><sup>17. v. I.</sup>C A P . V . *De Vita & Honestate Praelatorum & Clericorum.*

Cum vero Religionis optima sit reformatio, Praesulum ac Praelatorum Ecclesiae, Sacerdotum, ac Clericorum bona vita; sine qua, tarda, difficultis ac poene nulla erit reformatio, cum in Sacerdotum ac Clericorum crimine sat causae imperitae plebi videatur, cur hærefes non deserantur; maxime, dum, in Diœcesi Nostra, ea hac tenus in accusationem contra plerosque adducta sunt, quæ nec negari nec defendi possunt; facileque consequatur, ut, quorum vita contemptu est, eorum quoque doctrina proculeetur: Hinc Nos cum Nostram Episcopalem adhibere, & secundum ad radicem ponere cupientes, illa, quæ de vita & honestate Clericorum, sacris Canonibus & Conciliis, præsertim Concilii Tridentini, & Conciliorum Provincialium ac Diœcesanorum, Colonensem ac Osnabrugensem decretis statuta sunt & ordinata, omnibus, pro diligenti observantia, proposita & serio commendata esse volumus.

C A P . VI . *De Simoniacis.*

Vbi ingressus ad Ecclesiam & ejus officia vel beneficia vitiosus est, & præsumpta Spiritus sancti circumventio, ejusdem influxum & cooperationem impedit; nihil bonum sanctumque subsequi potest, sed id solum quod ad gehennam aedificat, & damnationem operatur. quod eo magis in publicis Ecclesiæ ministris evitandum est, quo ab his, detimento publico & privato, periculosius & damnabilis in isto genere erratur; dum spiritualia aut iis annexa exitio conatu & damnabili nundinatione emuntur aut venduntur; quæ ab impi & funesto suo autore Simonia nuncupatur, <sup>1. c. patet</sup> <sup>2. 9. 7.</sup> <sup>3. sicut Si-</sup> <sup>4. moniaci</sup> <sup>5. & to. v. 11.</sup> <sup>6. ex. de Si-</sup> <sup>7. mon.</sup> <sup>8. 1 Tim.</sup> <sup>9. 6. v. 10.</sup> <sup>10. Ad Co-</sup> <sup>11. p. 3. v. 5.</sup> <sup>12. 1 Mat. 13.</sup> <sup>13. 21. v. 13.</sup> gravissimumque crimen cenfetur. Quæ Simonia, cum à radice omnium malorum, cupiditate, & avaritia quæ + Idolorum servitus nuncupatur, procedat, & suos autores cancero vulnere miserrime depascatur, ut propterea ab Ecclesia Dei, <sup>1. quæ domus orationis est, non spelunca latronum,</sup> aut nundinas exercentium, omnino fit expellenda: Hinc Nos, constitutionibus Ecclesiasticis inhærentes, & omnes conatus, tractatus, intercessiones, pactiones, consequendi, emendi, vel vendendi spiritualia vel iis annexa, & inde subsecutas Provisions, Electiones, Nominationes, Con-

firmationes & Dispositiones quascunque, quæ præcedentibus temporibus contigerunt, vel in posterum attentari aut præsumi possent, irritantes & annulantes, & ipso jure talia esse declarantes, hujusmodi, Simoniacos, secundum terminos <sup>6. Iuris & Pontificias sanctiones, be-</sup> <sup>7. & ex ratione immo-</sup> <sup>8. decorum,</sup> <sup>9. &c. quan-</sup> <sup>10. ritis. De-</sup> <sup>11. agat. qua-</sup> <sup>12. lit. & ord.</sup> <sup>13. præf. & fu-</sup> <sup>14. per invidi-</sup> <sup>15. nata. De-</sup> <sup>16. Prælata.</sup> <sup>17. & dign.</sup> <sup>18. exarau-</sup> <sup>19. excrabilis</sup> <sup>20. De Præl.</sup> <sup>21. & dign.</sup> <sup>22. & grave</sup> <sup>23. nimis. &c.</sup> <sup>24. super i. or-</sup> <sup>25. dinata. De</sup> <sup>26. Præb. &</sup> <sup>27. dign. &c.</sup> <sup>28. nibil. De</sup> <sup>29. elect.</sup> <sup>30. i. ad hoc,</sup> <sup>31. de pre-</sup> <sup>32. bend. &</sup> <sup>33. dign. &c.</sup> <sup>34. quia non</sup> <sup>35. nulli. &c.</sup> <sup>36. relatum.</sup> <sup>37. &c. conque-</sup> <sup>38. rente. &c. ex</sup> <sup>39. parte. &</sup> <sup>40. tot. iii. de</sup> <sup>41. Cler. non</sup> <sup>42. resid. &c. ex</sup> <sup>43. parte, de</sup> <sup>44. offic. Vi-</sup> <sup>45. carii c.</sup> <sup>46. peruenit.</sup> <sup>47. il. 2. de</sup> <sup>48. appell. &c.</sup> <sup>49. fin. de re-</sup> <sup>50. script. in</sup> <sup>51. 6. Can.</sup> <sup>52. Sandro-</sup> <sup>53. rum, di-</sup> <sup>54. ficit. 70.</sup> <sup>55. L generali-</sup> <sup>56. ter fanci-</sup> <sup>57. mus. C. de</sup> <sup>58. Episc. &</sup> <sup>59. Cler.</sup> <sup>60. " Conc.</sup> <sup>61. Trident.</sup> <sup>62. sess. 7. &c. 3.</sup> <sup>63. deriform.</sup> <sup>64. & sess. 21.</sup> <sup>65. & 3. de re-</sup> <sup>66. form. &</sup> <sup>67. sess. 24.</sup> <sup>68. & 12. de</sup> <sup>69. reform.</sup>

C A P . VII . *De Beneficiatis non Resistentibus, Ordines debitos non suscipientibus, pueris & inidoneis, &c.*

Magnum præterea & damnabilem, nec in Temporibus nostris tolerandum abulum in Ecclesiasticis beneficiis comperimus, ut multi, illa obtinentes, vel absentes sint, <sup>7</sup> vel Ordines Ecclesiasticos, beneficiis & officiis ex fundatione annexos, non suscipiant, aut alias pueri, inidonei, & inqualificati sint, multique longa annorum serie beneficia obtinuerint, quorum ne quidem institutiones ac fundationes sciant, quæque etiam interdum penitus oblitteratae sint & suppressæ; <sup>8</sup> altaria vero, & alia pia loca, cum ipso divino cultu & debito officio, omnino negligantur, adeo ut in isto genere omnia confusa esse animadvertemus, &, quod ad laudandum & placandum Deum est institutum, ad majorem ejusdem cedat offensionem & contemptum, magnoque populi scandalo & divini nominis irreverentia, Ecclesia dignis ministris destituantur, & beneficia indigne recipiant, qui nullum officium præstant, ad animarum certam perniciem, eorum qui indigne conferunt, & recipiunt. Hinc renovare cogimur ea, quæ de beneficiorum collationibus, <sup>9</sup> dignis & qualificatis facienda, & de <sup>10</sup> personali debita servitutis ministerio Deo & Ecclesiæ præstando (quod residentiam vocant) tam jure communī, quam diversis Conciliis & Summorum Pontificum sanctiōnibus statuta sunt & ordinata; quod ipsum diligenter, & sub obtestatione divini judicij, Ecclesiariū Praelatis, & quibuscumque collatoribus aut jus patronatus obtinentibus, injungimus & commendamus, sine exceptione oblevandum. <sup>11</sup> Quorum negligentiam & infidelitatem Episcopali Nostra sollicitudine & autoritate supplere curabimus; eorum vero beneficiorum, quæ indignis collata sunt, indagationem, & respective iuspenſionem, privationem, restitutionem, & ad terminos juris mentisque fundatorum reductionem, Nobis servantes, & Nostro in spiritualibus Vicario diligenter commendantes.